



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Edicto para la provisión del Beneficio de Salmista en esta Santa Basílica Catedral.—II. *Indulgentie confraternitatis Ssmi. Rosarii* (conclusión).—III. Días de Sinodos para la renovación de licencias ministeriales.—IV. Advertencia sobre las gracias y facultades de la Bula de la Cruzada durante el *Año Santo*.—V. Tabla de los sermones que han de predicarse en la Santa Basílica Catedral en el transcurso del año 1900.
-

EL OBISPO DE SALAMANCA,

EN SU NOMBRE EL DR. D. RAMÓN BARBERÁ Y-BOADA, GOBERNADOR ECLESIAÍSTICO (S. P.), DEAN Y CABILDO DE ESTA SANTA BASÍLICA CATEDRAL,

Hacemos saber: Que en nuestra Santa Iglesia se halla vacante el *Beneficio Presbiteral de Salmista*, y debiendo proveerse en los términos que previene la Real orden de diez y seis de Mayo de mil ochocientos cincuenta y dos, hemos acordado convocar á oposición á todos los que sean Presbíteros ó

puedan serlo dentro de un año, contando desde el día de la posesión, no admitiéndose á los mayores de cuarenta años. En el término de treinta días desde la fecha, ó más que Nos pareciese prorrogar, presentarán los opositores sus solicitudes ante nuestro infrascrito Secretario Capitular, acompañando la fe de bautismo legalizada, letras testimoniales de sus Prelados, si fueren eclesiásticos, ó documento que acredite su conducta y buenas costumbres, si no lo fueren. Habrán de tener la instrucción que corresponde en canto llano y figurado, voz natural, clara, de buen cuerpo y con la extensión de trece puntos, contados desde *F-fa-ut-re grave* hasta *D-la-sol-re agudo*, siendo de advertir que se dará la preferencia á aquel que, llenando las anteriores condiciones, tenga los conocimientos y aptitud necesarios para desempeñar el papel de Bajo de Capilla. Los ejercicios de oposición se harán á presencia de una diputación nuestra y bajo la inspección de examinadores que nombraremos al efecto, habiendo de cantar de repente cada opositor las piezas que se le designen, con las demás pruebas que se estimen convenientes. Será obligación del agraciado asistir á todas las horas canónicas y demás oficios divinos: regir el coro alternando por semanas con el Beneficiado Sochantre y en los solemnes, á excepción de los de primera clase, que serán de cargo de este último, debiendo, sin embargo, cantar siempre en funciones ordinarias y extraordinarias, desde el coro bajo, aun cuando rija el Sochantre, á quien suplirá en sus ausencias, enfermedades y vacantes: cantar, cuando el Cabildo lo mandare, el papel de Bajo de Capilla: cumplir todas las cargas comunes á los otros Beneficiados en cuanto lo permitan los particulares de su oficio: y, últimamente, atenerse á lo que pudiera disponer el Cabildo para el más estricto cumplimiento de las cargas de este Beneficio, en consonancia con lo que prescribe la Regla de Coro y lo que exijan las necesidades del culto. En testimonio de lo cual mandamos expedir y expedimos el presente, firmado por Nós y por el señor Presidente del Cabildo, sellado con el de nuestras armas y refrendado por el

infrascrito Secretario Capitular. Dado en Salamanca á doce de Enero de mil novecientos.

DR. TOMÁS UBIERNA,
Dean.

DR. RAMÓN BARBERÁ,
Gobernador eclesiástico (S. P.)

*Por acuerdo del M. I. Sr. Gobernador eclesiástico, Dean
y Cabildo de esta Santa Basilica Catedral,*

LIC. CALIXTO LAJAS,
Doctoral Secretario.

EDICTO para la provisión del Beneficio de Salmista en esta Santa Basilica Catedral de Salamanca, con término de treinta días, que cumplirán el once de Febrero del presente año.

INDULGENTIAE CONFRATERNITATIS SANCTISSIMI ROSARII

PARS PRIMA

Indulgentiae Confratribus propriae

(Conclusión)

IX

Pro iis qui assistunt antiphonae «Salve Regina» cantatae

40. Indulgentia trium annorum et totidem quadragenarum, si in ecclesia confraternitatis cum candela accensa (ubi usus viget, alibi adiungatur una «Ave Maria») assistunt antiphonae «Salve Regina» cantari solitae in festis B. M. V. quae ab universa ecclesia celebrantur (S. C. Indulg., 18 Septem. 1862 ad 4), et in Apostolorum natalitiis, ac festis Sanctorum Ordinis Praedicatorum (Clemens VIII, loc. Ineffabilia, 12 Febr. 1589).

41. Indulgentia centum dierum, in omnibus diebus per totum annum, si huic antiphonae post completorium assistunt (Clemens VIII, loc. cit.)

42. Indulgentia quadraginta dierum in omnibus sabbatis ac diebus festivis per annum (Leo, X, *Pastoris aeterni*, 6 Oct. 1520).

Nota.—Indulgentias nn. 40 et 41 recensitas legitime impediti, quominus in ecclesia huic antiphonae adstent, lucrari possunt si eandem flexis genibus coram altari vel imagine B. M. V. recitant (Clemens VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

X

Pro iis qui orationem mentalem aut alia spiritualia exercitia peragunt

43. Indulgentia plenaria, semel in mense, si per integrum mensem quotidie per mediam horam vel saltem per quartam horae partem mentali orationi operam dant, die ad eorum arbitrium eligendo, quo sacramenta poenitentiae et eucharistiae recipiant (Clemens X, *Ad ea*, 28 Ian. 1671).

44. Indulgentia plenaria, si in memoriam quadraginta dierum, quibus dominus Iesus stetit in deserto, per eundem numerum dierum in oratione, mortificatione et in aliis piis operibus sese exercuerint, semel in anno, die ab ipsis eligendo (Pius VII *Ad augendam*, 16 Februarii 1808).

45. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum, quoties per mediam horam mentali orationi operam dant (Clemens X, *Ad ea*, 28 Ian. 1671).

46. Indulgentia centum dierum quoties per quartam horae partem meditationi vacant (Clemens X, loc. cit.).

XI

Pro iis qui visitant confratres infirmos

47. Indulgentia trium annorum et totidem quadragenarum, quoties infirmos confratres visitant (Clemens VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

48. Indulgentia centum dierum, si confratres infirmos ad eccle-

siaistica sacramenta suscipienda hortantur (Gregorius XIII, *Cum sicut*, 3 Ian. 1579).

XII

Pro iis qui sufragantur animabus confratrum defunctorum

49. Indulgentia Plenaria, si in quatuor anniversariis (diebus 4 Febr., 12 Iul., 5 Sept., 10 Nov.) quotannis in ecclesiis publicis tum fratrum, tum sororum Ordinis Praedicatorum institui solitis, officii defunctorum intersunt, ad confessi sacraque communionem refecti ad intentionem Summi Pontificis orant, semel quolibet ex illis quatuor diebus (Pius VII, *Ad augendam*; 16 Febr. 1808).

50. Indulgentia octo annorum si exequiis adstiterint sequentes processionem quae in suffragium defunctorum quolibet die sabbati aut semel in mense per ecclesiam confraternitatis sive per claustrum ducitur (Gregorius XIII, *Desiderantes*, 22 Mar. 1580).

51. Indulgentia trium annorum et totidem quadragenarum, quoties corpora confratrum defunctorum ad ecclesiam confraternitatis associant (Clemen VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

52. Indulgentia centum dierum si cadavera confratrum cum vexillo confraternitatis ad sepulturam associant, vel si anniversarii pro animabus defunctorum confratrum celebratis intersunt, et ibidem ad intentionem Summi Pontificis orant (Gregorius XIII, *Cum sicut*, 3 Ian. 1579).

XIII

Pro iis qui quodecumque charitatis vel pietatis opus peragunt

53. Indulgentia sexaginta dierum quoties confratres aliquod opus charitatis et pietatis exercent (Gregorius XIII, *Gloriosi* 15 Iul. 1579).

XIV

Pro morientibus

54. Indulgentia plenaria, a sacerdote etiam extra confessionem per formulam communem applicanda, si Rosarium per hebdomadam

recitare consueverunt (Innocentius VIII, 13, Oct. 1483; S. C. Indulg. Decr. 10 Augusti 1899).

55. Indulgentia plenaria, si ex hac vita migrant manu tenentes candelam benedictam SS. Rosarii, dummodo semel saltem in vita integrum Rossarium recitaverint (Hadrianus VI, *Illius qui*, 1 Apr. 1523).

56. Indulgentia plenaria, si sacramenta poenitentiae et eucharistiae recipiunt (S. Pius V. *Consueverunt*, 17 Septem. 1569).

57. Indulgentia plenaria, si contriti ss. nomen Iesu saltem corde, si ore non possunt, invocant (Leo XIII, Reser. S. C. Indulg. 19 Aug. 1899).

58. Indulgentia Plenaria, si susceptis Ecclesiae sacramentis fidem Romanae Ecclesiae profitentes et antiphonam «Salve Regina» recitantes, B. Virgini se commendant (Clemens VIII, *Ineffabilia* 12 Febr. 1598).

Nota.—Quamvis hic relata sit pluries indulgentia plenaria in mortis articulo, tamen ad tramitem Decretorum S. C. Indulgent, una tantum acquiri poterint in mortis articulo sub una vel altera ex diversis conditionibus supra expositis.

XV

Pro defunctis

59. In ecclesiis Ordinis Praedicatorum altare SS. Rosarii pro sacerdotibus eiusdem Ordinis privilegiatum est pro anima cuiuscumque confratris (Gregorius XIII, *Omnium salutis*, 1 Sept. 1582).

60. In ecclesiis confraternitatis altare SS. Rosarii pro sacerdotibus confratribus gaudet privilegi, non solum in favorem confratrum defunctorum, sed etiam cuiuscumque defuncti, etiam si aliud altare privilegiatum in eadem ecclesia existat. Imo, si in ecclesia non extat aliud altare privilegiatum, altare SS. Rosarii etiam pro quocumque sacerdote, quamvis confraternitati non adscripto, et in favorem cuiuscumque defuncti privilegiatum est (S. C. Ind. *Camera-cen.* 7 Iun. 1842; Pius IX. *Omnium salutis*, 3 Mart. 1857).

PARS SEGUNDA

Indulgentiae confratribus cum aliis fidelibus communes

61. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum prima dominica cuiuslibet mensis, si processioni intersunt, (Pius V, *Consueverunt*, 17 Sept. 1569)

62. Indulgentia Plenaria toties quoties in festo SS. Rosarii, sacramentis refecti, a primis vesperis usque ad occasum solis diei ipsius, in memoriam victoria super Turcas apud Echinadas insulas ope Rosarii reportatae, capellam (vel effigiem B. M. V. in ecclesia expositam, S. C. Ind. 25 Ian. 1836) visitant, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant (S. Pius V, *Salvatoris*, 5 Mart. 1572; S. C. Indulg., 5 Apr. 1869, 7 Iul. 1885).

Nota.—Ad lucrandam praefatam Indulgentiam, confessio poterit anticipari feria sexta inmediate praecedenti festum SS. Rosarii (Leo XIII, Rescr. S. C. Ind., 19 Augusti 1899).

63. Indulgentia Plenaria in uno die octavae festi SS. Rosarii ad arbitrium unuscuiusque eligendo, si, sacramentis refecti, capellam SS. Rosarii, vel simulacrum, B. M. V. in ecclesia expositum, visitant, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant (Benedictus XIII, *Pretiosus*, 20 Maii 1572; S. C. Ind. 7 Iul. 1885).

64. Indulgentia Plenaria sub iisdem conditionibus in festo Corporis Christi et in festo Sancti Titularis ecclesiae (Gregorius XIII, *Desiderantes*, 22 Mart. 1580).

65. Omnes et singulae indulgentiae in hoc Indice contentae possunt per modum suffragii applicari animabus fidelium qui vinculo caritatis Deo coniuncti supremum diem obierunt; excepta tamen Plenaria in mortis articulo (Innocentius XI, *Ad ea*, 15 Iun. 1679).

DECRETUM

Cum Magister Generalis Ordinis Praedicatorum mandato obtemperans articuli xvi Constitutionis Apostolicae *Ubi primum* anno superiore editae, novum Indulgentiarum Indicem huic S. Congregationi exhibendum curaverit, haec S. Congregatio illum diligentissime expendit, adhibita etiam operam quorundam ex suis Consultoribus. Cumque, mature perpendens omnibus, existimaverit nonnulla

demenda, addenda, declaranda vel brevius exprimenda esse, has omnes immutationes, in Indicem praefatum inducendas, SSmo. Dño Nostro Leoni Pp. XIII per infrascriptum Cardinalem Praefectum subiecit.

Sanctitas autem Sua in audientia diei 29 Augusti 1899 eas benigne approbare dignata est, simulque novum hunc Indicem uti supra redactum in omnibus et singulis partibus probavit, Indulgentias omnes in eo contentas Apostolica Sua Auctoritate confirmavit, et, quatenus opus sit, denuo concessit, simul edicens praeter eas quae in praesenti Indice referuntur quascumque alias Confraternitatibus Ss. Rosarii tributas, abrogatas seu revocatas esse censendas, ita ut quaecumque iam erecta vel in posteram erigenda sit Sodalitas Ss. Rosarii a Magistro Generali Ordinis Praedicatorum iis tantummodo gaudeat Indulgentiis quae in hoc Indice insertae reperiuntur. Contrariis quivuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 29 Augusti 1899.

FR. HIERONYMUS M. Card. GOTTI
Praefectus

L. † S.

† A. SABATUCCI Archiepiscopus Antinoensis *Secretarius*.

APPENDIS

Summarium indulgentiarum omnibus christifidelibus pro devotione Ss. Rosarii concessarum

1. Indulgentia Plenaria, semel in anno, si singulis diebus saltem tertiam partem Rosarii recitant, et die ab ipsis eligenda sacramentis reficiuntur, dummodo adhibeant coronam ab aliquo religioso Ordinis Praedicatorum, vel ab alio sacerdote deputato benedictam (*Raccolta*, Editio, 1898, n. 194).
2. Indulgentia centum dierum pro quolibet «Pater noster» et quolibet «Ave Maria», si integrum Rosarium vel saltem tertiam eius partem recitant, dummodo Rosarium sit benedictum ab aliquo religioso Ordinis Praedicatorum, vel ab alio sacerdote deputato (*Ibid*).
3. Indulgentia quinque annorum et totidem quadragenarum, quoties tertiam partem Rosarii recitant (*Ibid*).
4. Indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum semel

an die, si una cum aliis, sive domi, sive in ecclesia, sive in aliquo oratorio publico seu privato, saltem tertiam partem Rosarii recitant (Ibid).

5. Indulgentia Plenaria in ultima singulorum mensium dominica, si saltem ter in hebdomada tertiam partem Rosarii una cum aliis sive domini, sive in ecclesia, sive in aliquo oratorio recitant, et in dicta ultima dominica Ss. Sacramentis refecti aliquam ecclesiam seu aliquod publicum oratorium visitant, ibique secundum mentem Summi Pontificis orant (Ibid).

6. Indulgentia Plenaria in uno ex quindecim sabbatis continuis, arbitrio uniuscuiusque eligendo, si singulis sabbatis sacramenta suscipiunt, et tertiam partem Rosarii recitant, vel aliter eiusdem mysteria devote recolunt (*Raccolta*, edit. cit., n., 197).

Nota.—Quoties fideles legitime impediuntur quominus praefatum exercitium die sabbati peragant, absque indulgentiarum iactura illud die dominica explere possunt (Ibid).

7. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum, omnibus sabbatis num.^o praecedenti non comprehensis (Ibid).

8. Indulgentia Plenaria, si quovis anni tempore per novem dies in honorem Reginae SS. Rosarii piis exercitiis operam dant recitando preces a legitima auctoritate approbatas, die ad arbitrium uniuscuiusque eligendo, sive intra novendiales sive infra octo dies immediate sequentes novendium, quo vere poenitentes, confessi ets. comunione refecti iuxta mentem Summi Pontificis orant (*Raccolta*, edit. cit., n. 149).

9. Indulgentia tercentum dierum pro omnibus aliis diebus novendii, quibus in dictis orationibus se exercent (Ibid).

Pro recitationibus tertiam partem rosarii in mense Octobris

A SSmo Dño Nostro Leone PP. XIII (1 Septembris 1883—20 Augusti 1885—23 Iulii 1898) concessae fuerunt in perpetuum Indulgentiae quae sequuntur.

10. Indulgentia Plenaria, si in die festo B. V. de Rosario, vel aliquo die infra octavam, sacramenta rite suscipiunt, et aliquam sacram aedem visitant, ibique ad mentem Summi Pontificis orant, dummodo die festo et singulis per octavam diebus sive publice in alicua ecclesia, sive privatim tertiam partem Rosarii recitent.

11. Indulgentia Plenaria, si post octavam festi SS. Rosarii saltem decies infra eundem mensem Octobris, sive publice in aliqua eccle-

sia, sive privatim, tertiam partem Rosarii recitant et die ab ipsis eligendo sacramenta rite suscipiunt, aliquam ecclesiam visitant ibique ad intentionem Summi Pontificis orant.

12. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum pro quovis die mensis Octobris, quo fideles tertiam partem Rosarii sive publice in aliqua ecclesia, sive privatim recitant.

13. Omnes et singulae Indulgentiae in hoc Summario recensitae sunt applicabiles animabus igne purgatorii detentis (*Raccolta* edit. cit., p. xxii, n. 4).

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praesens Summarium Indulgentiarum omnibus Christifidelibus pro devotione SSmi Rosarii concessarum uti authenticum recognovit typisque imprimi ac publicari permisit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 29 Augusti 1899.

FR. HIERONYMUS M. Card. GOTTI
Praefectus

L. † S.

† A. SABATUCCI Archiepiscopus Antinoensis, *Secretarius*.

RME. DOMINE:

In ea, quam Summus Pontifex Leo PP. XIII de *Rosarii Mariae* sodalitivus anno superiore Constitutionem edidit, haec, praeter cetera, edicebantur: «Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum cura et studio, absolutos atque accuratos, quamprimum fieri potest, conficiatur index indulgentiarum omnium, quibus Romani Pontifices Sodalitatem Sacratissimi Rosarii ceterosque fideles illud pie recitantes cumularunt, a Sacra Congregatione Indulgentiis et S. Reliquiis praeposita expendendus et Apostolica auctoritate confirmandus». — Quod igitur imperatum erat, iam demum executione mandatum est, mihi quoque, grato quidem officio, a Beatissimo Patre commissum, ut praedictum Indicem, diligentissimis curis confectum, supremaque Sua auctoritate adprobatum, Episcopis universis, ceterisque, quorum interest, mitterem.

Hanc vero Sanctissimi Domini voluntatem dum obsequens facio, nil sane dubito, quum amplitudo tua constans illud studium mirabitur nec sine Dei instinctu esse aestimabit, quo Summus Pontifex, multos iam annos, ad augustam Dei Matrem confugere sanctissimi Rosarii ritu fideles omnes hortatur.

Kalendis primum septembribus anni MDCCCLXXXIII, Litteris

Encyclicis *Supremi Apostolatus*, beneficia per Marialis Rosarii preces in christianum nomen collata reolens, in spem certam se adduci professus est, hanc eandem precandi rationem, hisce etiam difficillimis Ecclesiae temporibus, contra errorum vim late serpentium exundantemque morum corruptionem ac potentium adversariorum impetum profuturam. Quamobrem, additis Indulgentiarum praemiis, edixit ut a catholicis ubique terrarum magna Dei Mater, Rosarii ritu, toto Octobri mense coleretur.

Ex illo Beatissimus Pater, quotannis fere, hortari populos, christianos haud destitit ut Rosarii consuetudine validum Deiparae patrocinium demereri Ecclesiae perseverarent. Ad studium vero fidelium augendum quidquid Marialis Rosarii dignitatem commendaret, datis a se litteris, sapientissime illustravit; seu naturam precationis eius rimando, seu vim extolendo, qua pollet, ad christianas virtutes fovendas, seu demum maternam ad opitulandum Virginis miserationem scite amanterque explicando.

Quem modo sacrarum Indulgentiarum Indicem ad te mitto, is veluti constantis operis fastigium est; hoc etenim Beatissimus Pater et filium promissi praestat, et quae hucusque egit ad promovendam Rosarii religionem luculenter confirmat.

Bifariam Index dispescitur: pars altera Indulgentias exhibet, quae unis Sodalicis a Mariali Rosario conceduntur; altera quae fidelibus universis communes sunt.

Haec Apostolicae largitatis munera ut commissus tibi populus norit proque merito aestimet Amplitudo tua curabit. Qua occasione Beatissimus Pater sollicite te usurum confidit ad fideles ipsos efficacius incitandos, ut reflorantem Rosarii consuetudinem studiose pieque servant, tum nomen Sodalicis dantes, tum Octobrem mensem Reginae a Rosario dicentes, tum etiam in sua quisque domo et familia pium Rosarii officium quotidie peragentes.

Assiua hac imploratione mota, miseros Hevae filios Regina caelestis gloriosissima audiet clemens et exaudiet; quamque opem afflictis Ecclesiae rebus efflagitamus uberrime sine dubio impertiet.

Amplitudini Tuae diuturnam ex animo felicitatem apprecor.

Romae, die 30 Augusti an. 1899.

Amplitudinis Tuae uti Frater addictissimus

L. † S.

FR. H. M.^a GARD. GOTTI

S. C. Indulgentiis et SS. Reliquiis praepositae Praefectus.

† A. SABATUCCI ARCHIEPISCOPUS ANTINOENSIS,

Secretarius.

SÍNODOS PARA RENOVACIÓN DE LICENCIAS MINISTERIALES

Se han designado los siguientes días para los axámenes de renovación de licencias ministeriales.

Mes de Febrero: día 15.

Mes de Mayo: día 17.

Mes de Agosto: día 17.

Mes de Noviembre: día 15.

Los señores Sacerdotes que tengan necesidad de presentarse al Sínodo, se servirán avisarlo á la Secretaría de Cámara con ocho días de anticipación, por lo menos, á la fecha en que aquél ha de celebrarse.

ADVERTENCIA

SOBRE LAS GRACIAS Y FACULTADES DE LA SANTA BULA DE
CRUZADA EN EL PRESENTE AÑO SANTO

Hé aquí lo que sobre tan importante asunto leemos en el *Boletín Eclesiástico* de Toledo:

“Habiendo consultado á la Santa Sede Su Eminencia Reverendísima sobre si debían ó no considerarse subsistentes en España durante el *Año Santo* las gracias y facultades de la Bula de Cruzada, se le ha dicho en contestación que “Su Santidad, atendidas las especiales circunstancias de España, y las razones aducidas, se había dignado, *ex speciali gratia in exemplum non afferenda*, declarar subsistentes en toda su integridad las indicadas gracias y facultades.,.

Es una prueba más del paternal afecto con que Su Santidad distingue á nuestra patria.

TABLA

DE LOS

SERMONES Y HOMILÍAS QUE EN EL TRANSCURSO DEL AÑO DE 1900

SE HAN DE PREDICAR

EN LA SANTA BASÍLICA CATEDRAL DE SALAMANCA

La Circuncisión del Señor (homilía), lunes, 1.º de Enero, Dr. D. Nicolás Pereira, Canónigo de esta Santa Basílica Catedral.

Epifanía (íd.), sábado, 6 de íd., el mismo señor.

La Purificación de Nuestra Señora, viernes, 2 de Febrero, Dr. D. Nicolás Encinas, Canónigo Lectoral de dicha Santa Iglesia.

Dominica de Septuagésima (publicación de la Santa Bula), 11 de íd., el presbítero Lic. D. Tomás Redondo, Vicesecretario de Cámara del Obispado.

Dominica de Sexagésima, 18 de íd., Dr. D. Francisco Jarrín, Canónigo Magistral de esta Santa Iglesia.

Dominica de Quincuagésima, 25 de íd., D. Leopoldo González, Beneficiado segundo Maestro de Ceremonias de esta Santa Basílica.

Ceniza, miércoles, 28 de íd., el mencionado Sr. Magistral.

Los Enemigos, viernes, 2 de Marzo, Dr. D. Primitivo Vicente, Canónigo Penitenciario de esta Santa Iglesia.

Dominica 1.ª de Cuaresma, 4 de íd., el expresado Sr. Lectoral.

La Piscina, viernes, 9 de íd., el Sr. Canónigo Penitenciario.

Dominica 2.ª de Cuaresma, 11 de íd., el citado Sr. Lectoral.

La Viña, viernes, 16 de id., el mencionado Sr. Pereira.
Dominica 3.^a de Cuaresma, 18 de id., el Sr. Canónigo Lectoral.

San José, lunes, 19 de id., el citado Sr. Magistral.

La Samaritana, viernes, 23 de id., Lic. D. Lorenzo Aniceto, Canónigo y Maestro de Ceremonias de esta Santa Basílica Catedral.

Dominica 4.^a de Cuaresma.—La Anunciación de Nuestra Señora, 25 de id., el citado Sr. Lectoral.

Lázaro, viernes, 30 de id., el mencionado Sr. Aniceto.

Dominica de Pasión, 1.^o de Abril, el expresado Sr. Lectoral.

El Concilio, viernes, 6 de id., Lic. D. Federico Liñán, Canónigo de esta Santa Catedral.

Dominica de Ramos, 8 de id., Lic. D. José Fernández Campoamor, Canónigo de esta Santa Iglesia.

El Mandato (es á las tres de la tarde), jueves, 12 de id., el Canónigo Sr. Pereira.

La Pasión (es á las siete de la mañana), viernes, 13 de id., un Rvdo. Padre Dominico.

La Resurrección de Nuestro Señor Jesucristo (homilía), 15 de id., el mencionado Sr. Liñán.

Sobre el mismo asunto, lunes, 16 de id., el expresado señor Magistral.

Dominica *in Albis* (homilía), 22 de id., Dr. D. Ramón Barberá, Arcipreste de la expresada Basílica, Provisor y Vicario general del Obispado.

Dominica 2.^a *Post Pascha* (id.), 29 de id., el mencionado Sr. González.

Id. 3.^a id. (id.), 6 de Mayo, Lic. D. Antonio Sánchez Casanueva, Profesor del Seminario.

Id. 4.^a id. (id.), 13 de id., el Canónigo Sr. Pereira.

Id. 5.^a id. (id.), 20 de id., el mismo señor.

La Ascensión de Nuestro Señor Jesucristo, jueves, 24 de idem, el citado Sr. Magistral.

Dominica *Infra octavam* (homilía), 27 de íd., el mencionado Sr. Pereira.

Dominica de Pentecostés (íd.), 3 de Junio, el mismo señor.
Sobre el mismo asunto, lunes, 4 de íd., el Sr. Canónigo Lectoral.

Santísima Trinidad, 10 de íd., el expresado Sr. Arcipreste.
San Juan de Sahagún, martes, 12 de íd., el Sr. Canónigo Magistral.

Dominica 2.^a *post Pentecostem* (homilía), 17 de íd., el citado Sr. Redondo.

Desagravios á Jesús Sacramentado, jueves, 21 de íd., el Canónigo Sr. Pereira.

Dominica 3.^a *post Pentecostem* (homilía), 24 de íd., el mencionado Sr. Aniceto.

San Pedro, viernes, 29 de íd., el citado Sr. Lectoral.

Santiago Apóstol, miércoles, 25 de Julio, el Sr. Canónigo Magistral.

La Asunción de Nuestra Señora, miércoles, 15 de Agosto, el mismo señor.

Dominica 13.^a *post Pentecostem* (homilía) 2 de Septiembre, el citado Sr. González.

La Natividad de Nuestra Señora, sábado, 8 de íd., *el Excelentísimo é Ilustrísimo Sr. Obispo de la diócesis*.

Dominica 14.^a *post Pentecostem* (homilía) 9 de íd., el Beneficiado Sr. González.

Id. 15.^a íd. (íd.) 16 de íd., el expresado Sr. Aniceto.

Id. 16.^a íd. (íd.) 23 de íd., el mencionado Sr. Barberá.

Id. 17.^a íd. (íd.) 30 de íd., el Canónigo Sr. Pereira.

Id. 18.^a íd. (íd.) 7 de Octubre, el mismo señor.

Id. 19.^a íd. (íd.) 14 de íd., el mismo señor.

Id. 20.^a íd. (íd.) 21 de íd., el mismo señor.

Id. 21.^a íd. (íd.) 28 de íd., el mismo señor.

Todos los Santos. (Hácese conmemoración del temblor de tierra de 1755), jueves, 1.^o de Noviembre, el Sr. Magistral.

Dominica 22.^a *post Pentecostem* (homilía) 4 de íd., el mencionado Sr. Pereira.

Id. 23.^a íd. (íd.) 11 de íd., *el Excmo é Ilmo. Sr. Obispo de la diócesis.*

Id. 24.^a íd. (íd.) 18 de íd., el mismo señor.

Id. 25.^a íd. (íd.) 25 de íd., el mismo señor.

Id. 1.^a de Adviento, 2 de Diciembre, el Sr. Canónigo Magistral.

La Concepción de Nuestra Señora, sábado, 8 de íd., el mencionado Sr. Campoamor.

Dominica 2.^a de Adviento, 9 de íd., Dr. D. Juan Manuel Bellido, Canónigo de dicha Santa Iglesia.

Id. 3.^a de íd., 16 de íd., el citado Sr. Magistral.

Id. 4.^a de íd., 23 de íd., el mencionado Sr. Bellido.

La Natividad de Nuestro Señor Jesucristo (homilía), martes, 25 de íd., Lic. D. Ignacio Calvo, Capellán de las Religiosas de Santa Úrsula.

Sobre el mismo asunto, miércoles, 26 de íd., el Sr. Canónigo Magistral.